

Ben_1 = *Collectio Benedicti Levitae 1, 207*

Ben_2 = *Collectio Benedicti Levitae Add. 4, 143*

Ben = $Ben_1 + Ben_2$

Capitulare, qualiter constitutum in hoc episcoporum consensu, id est:

- 1.a. Ut unusquisque episcopus III missas et trea psalteria cantent, I **pro domno rege**, alia **pro exercitu Francorum**, tertia **pro presente tribulatione**, 5
 - 1.b. presbiteri vero unusquisque missas III,
 - 1.c. monachi et monachas et canonichi unusquisque psalteria III.
 - 2.a. **Biduanas** omnes faciant tam episcopi et monachi et monachas et canonichi adque eorum infra casatu homines, vel qui potentes sunt. 10
 - 2.b. Unusquisque episcopus aut abbas, abbatissas, qui hoc facere potest, libera **de argento in elimosina donet**, mediocris vero media libra, minores solidos V;
 - 2.c. **pauperes familiares** quatuor pro isto inter se constituto nostro pascere debeant usque tempore messium; et qui tantum non possunt, iuxta que possibilitas est, aut III aut II aut I. 15
 - 3.a. Comites vero fortiores libra I **de argento aut valente donet**, mediocris media libra; vassi dominici de casatos CC media libra, de casatos C solidos V, de casatos L aut XXX uncia.
 - 3.b. Et faciant **biduanas** atque eorum homines in eorum casatus, vel qui hoc facere possunt. Et qui hoc redemere voluerit, fortiores comites uncias III, mediocres unciam et dimidiam, minores solidum I. 20
 - 3.c. Et de **pauperes familiares**, sicut supra scriptum est, et ipsi faciant. 25
- Hec omnia, si domino placuerit, **pro domno rege et exercitu Francorum et presente tribulatione** missa sancti Iohannis sit completum.